Quelle: http://manuscripta.at/?ID=1234
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift

hominis quia reputas eum.

Homo uanitati similis factus est. dies eius sicut
umbra pretereunt.

Domine inclina caelos tuos & descende. tange mon
tes & fumigabunt.

Fulgura choruscationem & dissipabis eos. emit
te sagittas tuas. & conturbabis eos.

Emitte manum tuam de alto. eripe me & libera
me de aquis multis. & de manu filiorum alienorum.

Quorum os locutum est uanitatem. & dextera
eorum dextera iniquitatis.

Deus canticum nouum cantabo tibi. in psalterio
decachordo psallam tibi.

Qui das salutem regibus. qui redemisti dauid
seruum tuum. de gladio maligno eripe me.

Et erue me de manu filiorum alienorum. quo
rum os locutum est uanitatem. & dextera eorum
dextera iniquitatis.